



GAUDEO

Crawford

about 1513

EMANVELIS LVSITAN: AL
GARBIOR: AFRICAE AETHI
OPIAE ARABIAE PERSIAE
INDIAE REG. INVICTISS:
OBEDIENTIA.



Dieghi Pacecchi Iur. Consult. In præstanda Obedientia pro Emanuele Lusitanor. Rege Inuictiss. / Leoni. X. Pont. Opt. Max. dicta Oratio.

ELoquar an sileam? Quis nam obsecro uel consumatissimus Orator P. B. quæ tanta ingenii aut facundiæ fœlicitas / ne dicam esse / sed animo concipi potest / quæ ante augustissimũ tui acerrimi Iudicii Tribunal / apud Maiestatem tuã in sublimi solio / ac solidissima Petri Petra / diuina unanimiq; omniũ sententia sedẽtẽ / Inter Sacrosanctæ Romañ. Eccliæ Cardines firmissimasq; Colũnas / ac tot clarissima mundi lumina / quasi Solem inter sua sidera micantem / In tãta pręstantissimoꝝ uiroꝝ corõa / cęleberrimoq; totius Orbis theatro de re tã ardua / tamq; difficili nõ dicã uerba facere / sed mutire quidem aut hiscere audeat. Quæ sane res / si ulli unq̃ in hoc sacro Conuentu dicturo difficilis uisa est / mihi quidẽ eo maiorem difficultatem afferre debet / q̃ homo peregrinus / nullo dicendi / nulloq; eloquendi studio sim excultus / sed rudis adhuc / & transalpini sermonis situ squalidus / crassoq; (ut ille inquit) sub aere natus. Venerunt profecto timor & tremor super me / & contexerunt tenebræ. Quid igitur faciam / tacebo ne? sed urget me parendi necessitas. An iustissimi

Regis/Dñiq; mei dicto nõ audiam/ qui ſanctiſſi-
ma dei pręcepta libens audire / ſeq; ac ſua omnia
eidẽ dicare ſemper cõſueuit? An illius imperio nõ
obediam/qui & ipſe ultro obediens/nos cum obe-
dientia ad te mittit? An optimi/ ac religioſiſſimi
Principis tam ſancto deſiderio refragabor/ qui ut
tua lumina ſupplices adiremus / tuoſq; Sanctiſſi-
mos Pedes exoſcularemur/nõ ſumptui/nõ impen
ſæ/ non laboribus pepercit? In tanto fluctuantis
animi æſtu hærerem proculdubio P. B. niſi ſere-
nus iſte / diuinuſq; Vultus tuus / diſcuſſo mentis
nubilo/omnes iam difficultates peruinceret/ quo
nos uſq; adeo recreas / ut tuo uelut numine ſince-
ram Principis noſtri mentem/ puriſſimũ cor/ præ
cipuam fidem/ſingularem obſeruantiã/atq; hila-
rem offerentis animũ iam perpendiſſe uidearis /
Neq; ex uerboꝝ inopia/ ſed ex animi copia rẽ me-
tiri/maioremq; bonæ uoluntatis/ q̃ culti ſermonis
habere rationem. Quare tuis iam auſpiciis B. P.
Sereniſſimi Regis noſtri Emanuelis mandata
paucis explicabo / ut quam tuæ Sanctitatis auri
bus moleſtiã forte hac barbara mea elocutione at
tulero/ eandem ipſam Orationis ſaltem cõpendio
rependã. Sed unde ordiar? quid primũ exequar?
Equidem diuinas tuas laudes/æternaſq; uirtutes
aggreſſurus nouam quandã pati uideor ex copia
inopiam / Ita dicere conãti certatim ſe ſe ingerũt/

ita quęlibet festinabūda accurrens / primū apud te locū sibi uendicare gestit/adeo quidem ut inuicem se se ipsas eo concursu impediāt & obturbēt. Cogitanti enim mihi præclara Iustitiæ munera / qua ad amussim & ęqua lance cuncta perpendis/ quæ ut Cæterāꝶ domina & Regina se primū offert/Reclamat eius socia Clementia/ ac uelut tibi peculiaris & propria præferri miris modis expostulat. Dicturū de singulari prudentia/qua perpetuæ uitæ lineam tam bene duxisti/nō patitur fortitudo/quæ te interritū/ ac summa florentissimaꝶ uirtutū cacumina Leonino more affectantē. Fortissime simul & felicissime Leo/ tot laboribus/ tot fortunæ fulminibus sola uirrute superatis/in ipso ętatis flore (quod uix alteri contigit) ad eminentissimū rerū fastigiū euexit. Cæteras uero cōtempnit; nulliq; cedit temperantia / cū posthabitis uoluptatum illecebris toties de te ipso pulcherrime triūphaueris. Grauitas quoq; quæ potissima laus in Principe est/nec lento quidem gradu/ ut te sibi quasi suū uendicet/procedit:Cum tamen Benignitas longo illam interuallo anteire conatur. Certat cū Frugalitate Liberalitas/ neq; ei quidem concedere/aut hoc in certamine liberalis esse deliberat. Verū ipsa dei præpotentis religio/recteq; uiuendi ratio sanctissima/ qua cæteros mortales semp̄ præstitisti/merito quidē te totum possidere/sibiq; pri-

mas ab reliquis deferri debere summo studio con
tendit. Ita uirtutũ quęcunq; prior occurrat/illi cę
teræ aliæ quasi inuidẽtes se se opponũt/ magnaq;
ui obsistunt. In quibus profecto recensendis cum
impediat turba delectũ / cumq; ego neq; eo inge-
nio sim/ neq; ea eloquẽtia/ qui illaꝝ magnitudinẽ
quæ in te uno suũ collocasse domiciliũ uidentur/
efferre possim: Illis pręterminssis/Quęso obtestorq;
te P. B. ut pro tua humanitate dum deman-
datum mihi pensum absoluere / pro uiribus ad
iutor/quæ dicturus sum ęquis auribus benignissi
me excipias. Venimus igitur Potentissimi Regis
nr̃i Emanuelis filii tui deuotissimi iussu atq; Im-
perio ad Sanctissimos pedes tuos eius noĩe Apo-
stolico Throno/ac tuæ Sanctitati de more gratu-
latũ/ Deo imprimis gratias agentes: ꝙ eum huic
sancte Sedi/ac Petri nauiculæ Gubernatorẽ præ-
fecerit/qui ut nouit regere: ita & uelit & possit. Ve
nimus ab ultimo Lusitaniæ recessu/ut te dei Vica
rium/ xp̃ianæ religionis summũ Antistitẽ / unicũ
Romañ. Ecclesiæ/Gregisq; dominici Pastorem ue
neremur/colamus/atq; in tuo nomine Christũ/cu
ius uicem geris/adoremus. Venimus publice pri-
uatimq; tuæ Sanctitati ab utroq; Orbe/ nostris iã
armis conuincto/obedientiã/ ac ueræ recognitio-
nis signa pręstituri: Neq; ea quidem solita & anti
qua P. S. sed noua / ac multo maiora tibi afferi-

mus: Et quę ad Sanctissimã contra Christi hostes expeditionẽ in sacro Lateraneñ. Cõcilio: quod ad id potissimũ tam recte q̃ sancte continuare instituisti/decernendã/nõ solum attineant/sed uel maxime impellant. Nam ut Lusitanoꝝ retro Principum domi foriq; pro Christiano Imperio studiũ ac gesta omittã/utpote uniuerso orbi satis iam superq; satis nota/ Vt admirandã Manicongrii Regis cũ inumero populo/ Regis inq̃ totius Aethiopiæ maximi ac potentissimi/ nõ sine diuino misterio: sedula tui Emanuelis opera ad Christũ cõuersionẽ silentio prætereã / Cuius noua obedientiæ munera nõ multo post primus uidebis/ primusq; excipies/ Quid de nostroꝝ Indica expeditione/ belloq;/quod in Oriente magnis animis geritur/ existimandũ est? Licet enim ad mei Regis famam/ meæ Patriæ decus/ Lusitaniq; nominis æternitatẽ spectet/ haud tamen silendũ est Opus diuinũ potius q̃ humanũ/ Opus ante sęcula nostra nescio inspiratũ/an uerius desperatũ/ Opus quo impius ille Maumetes/ eiusq; præcipua Sedes Sarracenoꝝ caput Mecha/ in hãc usq; diem Christianis armis inaccessa/ nobis nũc diuino suffragio peruia/ nõ sine magno sanguinis prętio reddita est. Nã q; tam longe/ tanto terræ marisq; tractu/ ultra Centũ stadioꝝ milia/ nostra arma/ uictricesq; manus protẽdantur/ tam imensa Oceani uastitate enauigata /

tot inſanis tempeſtatibus ſuperatis/ tot laboribus exanclatis: expugnata pene ipſa rerũ natura / nec id quidẽ impune. Multa enim noſtrorꝫ corpora ipſi indignanti Oceano deuoranda/ monſtriſqꝫ marinis in eſcam dantur. Pretioſa ſane/ac ſũmo præmio digna ſepultura/ quæ ſui dei amore: ſuæ fidei zelo: ſui Regis imperio/ ſuæ Patriæ/gentiſqꝫ ſtudio pulcherrime paratꝰ: Qđ tot Reges/ac Satrapę gentis numero/rerũ opulentia/munitiſſima claſſe Potentiſſimi/noſtra arma uireſqꝫ ſentiant / eorũqꝫ potentia a noſtris/quãuis numero imparibus ſępe retunſã/multoties confracta/ſępius attrita: Qđ tot Prouinciæ ſubactæ/tot Populi ſub iugũ miſſi/ tot Nationes in poteſtatẽ redactæ: Nec ipſa modo oppida & opes: ſed multorꝫ quoqꝫ Animæ recuperatæ/ qui a perpetuo Maumeticæ ſeruitutis iugo liberati/ueram dei fidem agnouerũt: Qđ memoratiſſima alter quondã orbis terrarꝫ credita Taprobane multis antea ſæculis incognita / nec minus expetita q̃ cęlebris/nobis iam ſit familiaris: Qđ cęleberrima illa Aurea Cherſoneſſus/ Regiaqꝫ eius Malacha nr̃is ſubacta armis / iura legeſqꝫ noſtras accęperit: Qđ plurimi Reges/ac minime aſpernãdi Principes audita Luſitanorꝫ fortitudine / ultro fędus & amicitiã per Legatos expoſtularint / Munera etiã/& ea quidẽ pretioſiſſima dono dederint: Qđ maximus ille / potentiſſimuſqꝫ Princeps Pbr̃

Ioannes sua Arma nostris iunxerit/ueræ adorandæq; Crucis haud exiguũ lignum tuo Emanueli miserit/ totiusq; sui Regni uires contra Catholicę fidei hostes libere quidem obtulerit/ Nonne hæc omnia P.S. ductu opera auspiciisq; tui Emanuelis in Christi iam peculiũ recensenda/ atq; in Sanctæ Ro.Ecclesiæ Patrimoniũ sunt referẽda? Sed quo ego illud piaculo pretereã Sanctiss. Leo/ qđ nuper hoc Anno Inuictiss. idem Rex noster felicissime in Africa gessit / nihili estimans/ ꝙ uariis hinc inde bellis/hinc ex Asia/ Inde ex Africa ageretur/ ut magno apparatu bellico / maximaq; instructa Classe Illustris magnanimiq; Bragantiæ Ducis Sororis Filii uirtute ac robore animi & fortissimoꝝ Militũ ardore nõ fere prius instructam aciem in Africã transmiserit/ q̃ de hostibus triumphauerit: Azamor Mauritaniæ urbem loci situ & soli ubertate insignem/ac totius Regni quasi Caput tantopere a Christianis & frustra tentatã expugnauerit/ Mox Almedinã ortedoxo nomini infestam/ & cunctis affluentem diuitiis/ aliaq; Oppida munitissima/compluraq; loca opulentissima suæ ditioni suoq; imperio felicissime adiecerit: Cuius rei gaudiũ duo Tintinnabula indigna olim ex Christianis trophęa in Vrbe Azamor reperta mirifice testata sunt/Quæ antiqui non oblita soni magno Christiani nominis dedecore tot Annos

ſuppreſſa/ Inſperato nunc quaſi poſtliminio diuinas laudes quotidie reſonant/& quo diutius conticuere/ eo clariore ſonitu lętius iucũdiuſq; exultãt/ Tum in gratulationẽ reſtitutę libertatis/ Tum in contemptũ perfidi Maumetis ac ſupbi Sathanæ/ qui ibidem cũ diris deuotionibus(horrendum dictu)in Chriſtianũ nomen indigniſſime colebantur/ nunc aũt illoꝝ dedecore uera Dei fides/ uera laus/uera gloria ſuſcitatur/ agnoſcit᷑/prædicatur. Magna hæc ſunt P.B.ſigna/&(ut uerius loquar) certiſſima Dei promiſſa. Dominaberis ꝑfecto dominaberis a mari uſq; ad mare / & a Tyberi uſq; ad terminos Orbis terraꝝ. Reges Arabũ & Saba dona adducent/ & adorabũt te omnes Principes/ & omnes gentes ſeruient tibi/Tibi ſeruiet ultima Thule. Quid enim iam ſperandũ eſt/ niſi extremam illam Orientis oram/quo uix fama quidem Chriſtiani nominis peruenerat/ noſtræ Occidentali coniunctã/& ad ueri Dei fidem cultumq; traductam propediem Tuæ S. ut Optimo Paſtori Chriſtiani gregis more nouam Obedientiã ac debitum obſequiũ pręſtituram/ ut Indo ac Gange/ Tago ac Tyberi in eundem uelut Alueũ coactis/ tuiſq; ſimul auſpiciis concorditer fluentibus/ fiat unũ Ouile & unus Paſtor. Age igitur B.P. quod te iam mẽte iſta altiſſima euoluere credimus/ tantam bene gerendæ rei occaſionem amplectere/Ag

gredere hanc tam claram Prouinciã Magnanime Leo dignam Principe/dignam Pontifice/dignam inq̃ Leone Orthodoxæ religioni ſalutarem / Deo Opt. Max. gratiſſimã. Quid enim Seruatori noſtro Chriſto Ieſu acceptius efficere poteſt eius Vicarius/q̃ infinitas pene Animas perpetuo baratro demergẽdas in uiam ſalutis dirigere? Quid Sedi Apoſtolicæ & Chriſtianæ Reipub. cõmodius/ q̃ membra Eccleſiæ ſuo Capiti reſtituere? Tuũ eſt P.S. æſtuantis Petri Nauiculæ naufragio ſubuenire / Tibi hereditariũ fluenti Populo mederi/ & Chriſtianã Rempub. tot procellis / tot ſ̨cuiſſimis tempeſtatibus tam diu iactatam tuo ſalutifero ac pretioſo Pharmaco/peculiari quodam gentis Medice Iure medicari: In te omnis egrotantium ſpes alioqui inclinata recumbit: Tu publicæ ſaluti remediũ adhibe / Verum uerũ inq̃ Leonem indue/ peruigila/aut oculis adapertis ſomnũ in hac Nauicula/ quod Leoni de ſuis Catulis ſollicito peculiare legimus/captabis/In quã nõ ſomniculoſe eſt dormiendũ ne periclitetur/ne pereat: Paſtor es bonus/ ne Oues tuas Barbaris morſibus lacerandas permittas: Vnge nos Leo Clementiss. tuo ſalutifero adipe/tuo pretioſiſſimo unguento/ quo rapaciſſimoꝝ Lupoꝝ rabiem conteramus / teq; ferociſſimum Leonem in perfidos Chriſti hoſtes oſtende: Qđ quo facilius perfici poſſit/totis uiribus/ quod

instituisti/adnitendũ est / ut Christianorꝝ Principum cõcurrentia inter se signa/ unde tot uulnera/ tot clades/ tantã sanguinis effusionẽ tot Ciuilibus bellis oppressa res Christiana indies patitur / in primis cõponantur: Ac tãdem confecta pace/qua nec Deo quicq̃ acceptius / nec huic rei aptius esse potest / Sedatisq; eorꝝ discordiis unanimi cõsensu cõcordia fideliũ arma in Infideles tuo felici auspicio conuertantur: Quod ut facias quãto potest studio ac p̃cibus te obsecrat/teq; obtestatur B.P.tuus Emanuel/ qui huius sanctæ Sedis progenitorum more/ ac tuę S.precipue semperq; studiosissimus/ qua solet obseruãtia nos alacri animo ad te mittit/ Cuius nomine obedientiã exhibentes/ueræ sinceræq; fidei officia spondemus nusq̃ defutura: Teq; uerũ Christi Vicariũ/ Petri heredem/ Maximum Ro. Ecclesiæ Pontificẽ/ totius Christianæ Reip. Presulem recognoscimus/fatemur/adoramus: Simul etiã ut uestris Sacris Conciliis intersimus iniunxit: Vbi Clementissimus Deus dignetur adsistentiũ corda Spiritusancto ita replere/ ut te duce ea decernantur/ quæ Dei cultum/Catholicæ fidei augmentũ/S.Sedis Apostolicę decus/Tuæ B.merita ac famã/Sacri Concilii laudem/Totius Christiani orbis cõmodum/Infidelium pernitiem/excidiumq; perpetuũ concernant/ In Dei Opt. Max. gloriam sempiternã Amen.

M. CASANOVA.

Dū Tulli eloquiū/& clypeus famulatᷓ Achillis/
Emanuel dextra fulminat/ore tonat.

IO. IA. CIPELLVS.

Armis Emanuel/Pacecchus ore eſt
Clarus/uiribus ille/hic eloquendo:
Virtutes quoq; Regias in uno
Omneis Emanuele ſentiebam/
Dum doctus celebraret hunc Pacecchus.
Hinc Regem dubitabo clariorem
Deuicti ne Arabes/& Indi/& Afri/
An oratio fecerit Pacecchi.
Dicent nec ſcio poſteri & nepotes
Laudandū magis an magis timendū.

BLOSIVS.

Luſitanorum tum fortia/tum pia facta/
Vrbem/orbem implerant/Oceanū/Imperia/
Nempe pii & clari per ſęcla perennia Regis
Nullum os/nulla ætas laudibus abſtinuit.
At poſtq̄ ſuus illa alto tulit ore Pacecchus/
Et Regem egregium nuntia lingua refert/
Perculſis ſtupuere animis Patreſq;/Patrumq;
Ipſe pater/Regis laus geminata nitet.
Ac ſimul hinc Regē/quod fecerit inclita/laudāt:
Hinc ſe/quod tanto iuſſerit ore cani.

## P. CVRSIVS CARPINET.

Regum gloria/Principumq; ſidus/
Europæ decus/Indiæ ſubactor/
Vnus Emanuel facis quot omnes/
(Si fas uera loqui)ſuis duellis
Reges non faciunt potentiores.
Quæ nunc ſcribere non opus/q̄ omnes
Norunt tam bene/q̃ ſuos Lacertos.
Nam dũ hæc grandiloquo explicauit ore
Paceccus tuus/ſic Leo priorum
Longe Pontificum optimus/Senatus
Sic orbis ſtupuit tuis trophæis :
Hæc ut te erigere/haud loqui hunc putarit.
Regum gloria/Principumq; ſidus/
Europæ decus/Aphricæ ſubactor/
Quod Sol exoriens cadentem adorat :
Quod quũ Sol uiget/eſt minor cadente:
Quod miracula tot facis canenda
Fœlix ter/quater es tuis canendis.
Sed quæ tot facis ut canat legendus
Seclis omnibus/omnibus diſertis
Ter/quater/decies/perenne/fœlix.

## LANCELOCTVS POLITVS IVR. CONS.

Qđ nã opus hoc? Orõ. Cui obſecro dicta? Leoni.
Pro quo? Magnanimo pro Emanuele ſuo.

Quid potuit tanto dici pro Principe dignum?
Quis potuit tanto dicere digna Deo?
Pacecchus/grandi & claro qui ediſſerit ore
Te digna Emanuel te quoq; digna Leo.
Sit tua diue Leo uirtus licet unica/& ipſa
Vnica ſint etiam geſta tua Emanuel/
Par tamen illius dicendi gloria/cum ſit
Vnicus ingenio/& unicus eloquio.

B. DARDANVS.

Hęc quoq; ne occiduæ gēti laus deſſet ab armis
Ingenii rarum protulit illa decus:
Nuper enim Orator dū Luſitanus in Vrbe
Funderet eloquii flumina larga ſui.
Roma ſacroſancto ſtupuit ueneranda Senatu/
Subſtitit attonitis Albula triſtis aquis.
Eloquiū domina quod iā Tagus hauſit ab Vrbe
Hauriat occidui Tybris ab amne Tagi.

IDEM.

Imperii augebat latos Hiſpania fines
Mitteret Auguſtos cum tibi Roma duces:
Dum Luſitani tonat hic pręconia Regis
Eloquii amiſſum rettulit illa decus.

IANVS VITALIS PANORMITANVS.

Dux/orator/eques/prudens/torrens/animoſus:
Vincit/agit/pugnat/ingenio/ore/manu.

CAMILLVS PORCIVS.

Ante quidem/Emanuel Regũ Rex/gloria belli
Cesserat armorumq; tibi/pręreptaq; nobis
Militiæ laus atq; decor/quo maxima Roma
Diuũ hominũq; parens Cęlo se se intulit olim/
Dum tu posthabitis bellis Ciuilibus/& quæ
Nunc miseram urguent Europã/felicius arma
Vertis in infidos hostes/belloq; frementes
Indosq;/Ethiopesq;/ignotaq; Regna lacessis/
Atq; indignatũ sternis tot Classibus æquor:
Nõ tamen antiquo e/Latio/& Laurentibus oris
Candor adhuc aberat linguæ/pluresq; uigebant
Eloquio insignes/soliti uolitare per ampla
Ora uirũ/æternumq; decus nomenq; mereri:
At postquã Orator grãdi tonat ore Pacecchus
Gesta tua Emanuel/ tuaq; inclita facta reuoluens
Flexanimæ rapit adstantes dulcedine uocis/
Obstupuere omnes/Latiæ obstupuere Camenæ/
Miratęq; suũ Tyberim ut migrarit in Alueũ
Auriferasq; Tagi/ac Durii prædiuitis undas.

FINIS.

- 12144 -
Christie Miller Sale
June 30, 1919

274 EMANUEL, *King of Portugal.* Emanuelis Lusitan: Algarbior: Africae Aethiopiae Arabiae Persiae Indiae Reg. Invictiss: Obedientia, *roman letter, 8 leaves, title as above, entirely in capitals, occupying 5 lines, with woodcut of the arms of Portugal beneath, all within an ornamental woodcut border, straight grain olive morocco extra, gilt border lines, g. e. by Zaehnsdorf, from the Earl of Crawford's Library, with his auto. signature on fly-leaf,* FINE COPY

